



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi

Clagius, Thomas

Coloniae Vbiorvm, 1659

XIII. Ipsae Junii idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11544

CAPUT XIII.

Ipsæ Junii Idus.

Celebres erant Romanis tum dedicatâ Jovii vi-
cto Æde, de qua Ovidius in Fastis:

Idibus invicto sunt data templa Iovi;
tum minusculis quinquatribus. *Quinquattrus autem
minuscula, inquit Varro (a) dicta sunt Iunia Idus, ab
similitudine maiorum, quod Tibicines tum feriat per ur-
bem vagantur, & conveniunt ad Ætem Minerva. Sicut
autem Linda Mariana non Minervæ, sed veræ verbi
divini æternæque sapientiæ Matris Ædes est, ita ad
eam hæc Idibus non tam profani, &, quemadmo-
dum Livius memorat, somno vinoque apud Tiburti-
nos sepulti Tibicines, quàm veri ac religiosi sapien-
tiæ æternæ ejusdemque Genitricis præcones con-
fluunt.*

I.

Lubavienses duo fratres calculo liberati.

Si non primi, certè inter primos, uti diximus,
Iduum harum præcones adfuerunt Lubaviâ, Mat-
thias Gierlesky Prætor civitatis, ejusdemque ger-
manus frater Georgius. Uno eodemque morbo, et si
non eodem tempore, uterque laboravit. Ac Matthias
quidem præ immanibus calculi cruciatibus, per un-
decim dies ac noctes sibi præsens non fuit; neque
aliud interea quam mortem in ore votisque habuit.
Mater filium ægrum miserata, Matri illum misericor-
diæ supplex devovit, continuoque vis morbi remissit.

Qua

(a) lib. 5 de ling. lat.

Qua ille de causa, tribus aliis è Magistratu Lubavi-
 ni sibi adjunctis, ut gratus esset, Lindam accessit.
 Tum verò Georgius quatuor proximis à Pentecoste
 hujus anni diebus non minores ejusdem calculi ex-
 tortus cruciatus, non aliò se præsidii causâ, quàm
 frater, convertit; & quidem eo majore fiducia
 ac alacritate id egit, quòd, cum paulò antè Res-
 pectibus literis operam daret, quæ sit B. V. Lindensis in
 illis omnes benignitas, multis aliorum exem-
 ptis, propè quotidie expertus jam tum fuisset.

II.

Gutstadienses duo conjuges variis morbis
 exempti.

Georgius Rudiger ante viginti jam annos, supra
 verum, colicosque toris visceribus dolores, immani
 tumore suffusus, integrum propemo-
 dum annum decumbere, & aliorum operâ moveri
 loco necesse habuit. Quia verò se Deiparæ Lindensi
 devovit, subitò auxilium & omnem morbi curatio-
 nem assecutus est. Ecce autem octavo postmodum
 anno, cum ipse, tum uxor ipsius Potentiana oculo-
 rum suffusionibus doloribusque immodicis ita affli-
 cti sunt, ut rarò aperire oculos aut lumînis quid-
 quam perferre possent. Non alio, quàm ad Divam
 Lindensem refugium suum Georgius iterum habuit,
 & precium ejus refugii, integrum ad hanc diem oculo-
 rum usum tulit.

Zz

III. Bi-

III.

Bisteinenses virgines duæ diversis morbis
liberatæ.

Eâdem die Catharina Joannis Reiter, & Margareta Simonis Gerik Bisteinensium civium filia, variam Dei Matris opem expertæ, apud Lindam gratias eidem egere. Ac Margareta quidem biennium integrum vehementibus capitis doloribus exercita, atque à biennio jam ope Lindensis Virginis iisdem libera, annuam, quoad superstes fuerit, peregrinationem frequentabit. Jam verò Catharina à quindécim fere annis sacro igne, quoad caput imperi solita, Divæ Lindensis ope, quam semper implorat, levari se semper experitur; unde quovis itidem anno pariter gratias actura, pariter ampliora Deiparæ beneficia flagitatura, Lindam pedes invisit.

IV.

Seeburgensium nonnulli varia beneficia
consecuti.

Joannes Kruger è Bergerdorff Seeburgensi pago, ab annis quatuordecim, quasi diris quibusdam aggratus, ad sui ipsius cædem identidem instigabatur: at ubi se ad B. V. Lindensem recepit, sanio rem exemplo mentem recepit. Unde quotannis Lindam recurrit, quia levamen mali quadantenus recurrentis semper invenit. Non minus levamen cruciatuum, quos à teneris varios patitur, Dorothea Georgii Borowsky è Sibertswald coloni filia, annorum novemdecim

sim virgo, experta est, & semper, quoties annuam
Lindæ peregrinationem absolvit, solita est experiri.
Ex eodem pago Dorothea alia Pauli Klein defuncti
coloni vidua (quod maritum ante duodecim annos
morbo ita depositum, ut neque linguâ, neque mani-
bus per dies novem uti posset, B. Virginis ope inco-
mmem receperit) cum tribus liberis Deiparæ gratias
actura venit: quarta enim filia Elisabeth octo abhinc
dies eandem peregrinationem absolvit, & inter sua
vota pictam Crucifixi imaginem obtulit.

V.

Heilsbergensium plures similibus affecti gratis.

Benedictus Skodke è Langwese Helisbergensi
pago, simul cum uxore sua Sabina, geminum Deipa-
ræ munus ex voto attulit, alterum quidem pro peccatis,
alterum verò pro impetrata uxoris salute. Hæc
enim supra mentes omnino sex, morbo totum cor-
pus, anno superiore affecta, & strato affixa, ut suis in-
de manibus non posset moveri, adeoque suâ & o-
mnium opinione, amissâ vitæ spe, extremæ unctio-
nis sacramento, tanquam è vita jam jam migratura,
esset munita, ad Matrem misericordiæ per votum
Lindense conversa, ab ipsa, ut ait, mortis porta rever-
sa fuit. Ex eodem pago Catharina Stephani Gru-
ner uxor, maleficio, ut putatur, juxta puteum per-
stricta, non nisi manibus ac pedibus, sex circi-
ter hebdomadas reptabat; quæ tamen, simul
ac religiosarum in Conventu Heilsbergensi
virgi-

virginum consilio atque voto, Lindam, & ad alia
quædam loca sacra fuit oblata, sanitatem mox rece-
pit. Earundem virginum consilio usus Christopho-
rus Pobos ex eodem pago colonus, sibi domuique
sua quam plurimum prospexit. Ingentem ante se-
ptem annos pecoris sui fecerat jacturam, sive id De-
i supplicio, sive maleficorum, ut putabatur, ope. à eve-
nisset. Postquam Deiparæ opem imploravit, & Lin-
dam, quoad superstes esset, annuam vovit profectio-
nem, tum residuum pecus, tum, quod deinceps sibi
comparavit, saluum ad hunc diem habet: Unde tum
ipse, tum illius conjux, ab eo jam tempore, promil-
sam quotannis obeunt peregrinationem. Ex eodem
quoque pago Petrus Ferder juvenis eò fuerat, præ-
nimio oculorum dolore deductus, ut per hebdoma-
das quinque intueri cæli lumen vix posset: at ubi ma-
tris suæ voto, ad veri luminis Matrem est remissus,
e jam lumen corporis recepit. Laurentius quoque
Blocke ejusdem pagi inquilinus, manus & pedes à tri-
ennio ita affectus, ut eorum operâ ægrè admodum
uti posset, simul ac apud se decrevit, nunquam se,
quoad valeret, annuam ad B. V. Lindensem ommissu-
rum peregrinationem, ita sibi viribusque redditus
est suis, ut septem circiter leucarum iter jam à bien-
nio, pedes conficere facillè potuerit. Non ejusdem
pagi, ejusdem tamen municipii Heilsbergensis jure,
& simul ejusdem Deiparæ Lindensis beneficentiâ,
Jacobi Belau Krekollensis coloni conjux usa, An-
dreadam infantem suam incolumem possidet. Octo
dies ille mortuo propior decumbebat, quia enormi
ulcere collum & caput obsidente, neque sugere ne-
que

Ann
aperire os po
ne, ubi auxiliur
oratum fuerat,
e causâ cereum
orinudè dentiu
m opem impet
m, quam à trier
it, præsertim c
am hanc, ut spe
incolumem.

Meellacce

Michaël Gra
nâ cum conjug
unt, quod filio
diderant. Unu
erat, cum illam
hebdomadas co
ta decoliârît. V
vita, quæ ad h
Gertrudis è vill
mitante filiâ ut
tha, tua Deo a
enim præter or
mota, nihil nisi
rò tum filiæ A
nem Lindense
tuta est, ut mu

que aperire os potuit. Cessit autem ilico malum o-
mine, ubi auxilium B. Virginis, quod voto facto im-
ploratum fuerat, accessit. Adjunxit mater, suâ quo-
que causâ cereum anathema, eò quòd per annos tres
continuò dentium cruciatu afflicta, Deiparæ ejus-
dem opem impetrârit. Unde annuam peregrinatio-
nem, quam à triennio est orsa, quoad vixerit, produ-
cit, præsertim cum geminâ prole jam mortuâ, ter-
tiam hanc, ut sperat, Deiparæ beneficio habitura sit
incolumem.

VI.

Meellaccensium itidem plures, beneficiis
cumulati.

Michaël Grawstein, è Bornitten pago colonus,
annâ cum conjuge Anna voti sui pensum reddide-
runt, quod filiolarum suarum Annae causâ ante triennium e-
diderant. Unum illa ætatis annum vix supergressa
erat, cum illam maligna febris consecuta quindecim
hebdomas continuas tenuit, ut omnis jam spes vi-
tæ decoliârit. Voto tamen illo edito, & spes, & simul
vita, quæ ad hanc diem firma est, extemplo rediit.
Gertrudis è villa Plastwig Simonis Raad uxor, co-
mitante filiâ utrâque, Anna videlicet atque Elisabe-
tha, sua Deo ac Deiparæ vota reddiderunt. Mater
enim præter omnium expectationem subito mente
mota, nihil nisi de sui cæde animo agitabat; simul ve-
rò tum filiæ Annae, tum suo quoque voto profectio-
nem Lindensem promisit, & menti & viribus resti-
tuta est, ut mulier septuagenaria jam anus, quatuor-
decim

dicitur leucarum iter pedes haud gravatè decur-
 re. it. Jam verò altera filia Elisabetta, quatuordec-
 im hebdomadarum febris unà cum viro suo Mi-
 chaële Marquard correpta, non aliunde, quàm à B.
 V. Lindensi consecutam se opem sospitatemque esse
 professa. Ex eodem pago Margareta Andrea Kol-
 brecht, unà cum marito equum periculosè agrotum
 Deiparæ commendârunt, & incolumem subito re-
 ceperunt. Justina verò Albini Daniel vidua, grassan-
 te tres ante annos per eundem pagum incendio, &
 vicinas depascente ædes, vovit, si lux servarentur
 ædes, tantam se ex cera candelam per partes quot-
 annis oblaturam, quanta, si partes inter se com-
 ponerentur, ædes ambire undique posset. Serva-
 tæ sunt, vicinis ædibus igne absumptis, & illa
 voti sui pensum, jam per partes oïsa est perolve-
 re. Ejusdem municipii sed non ejusdem pagi co-
 loni erant, Eustachius Hintz & Helena Joannis
 Kuhn uxor, Wulensis uterque, & Michaël Schwo-
 ter Libenaviensis. Et hic quidem Reginam uxore
 suam ob mortem duorum liberum, jam à
 triennio non afflictam modò, verùm & mente ve-
 hementer motam, neque quidquam fere, nisi de
 sui cæde cogitantem, Deiparæ Lindensi commen-
 davit. Quandoquidem autem voto illo nuncupa-
 to, angores æstusque animi plurimum remiserunt,
 Lindam comitante uxore gratias acturus se contu-
 lit. At verò Eustachius doloribus capitis per he-
 bdomadas sex, eò fuerat redactus, ut veluti morri-
 proximus, ad extremum se æternitatis iter, adhibi-
 tis Ecclesiæ sacramentis munierit. Interim voto
 ami-

amicorum Lindam oblarus, eâdem horâ sibi integrè restitutus iter illud cum Lindensi commutavit. Non dispar propè fortuna Helenæ fuit, quæ, quemadmodum supra duos annos lentâ conficiebatur tabe, ita non aliâ quàm B. V. Lindensis ope, sibi restituta tredecim circiter leucarum iter pedes confecit. Denique & Andræ Knobloch, obsequiis cujusdam coloni in Libenau addicti, sed ex Stangendorff Brunsvicensi pago oriundi, similis videtur fuisse conditio. Utriusque oculi usum vi morbi propemodum amiserat, & ope B. Virginis Lindensis, ad quam petentem se receperat, alterius oculi recepit usum. Cum portò eodem iterum morbo tentaretur, iterum ad eandem patronam recurrit, iterumque opem expertus est. Quam quidem opem, ut in altera quoque vita experiretur anima, Christophori Grunwald è Scharffenstein coloni filii ante trienniū Brunsvicensis, ubi Philosophiæ operam dabat, nocturnâ cæde è vita sublatis, parens Imaginem beatæ Virginis Annuntiatiæ Lindam hodie transmisit.

CAPUT XIV.

Priores aliquot Calendarum Quintilium dies.

PRoximo secundùm Idus Junias biduo, visi sunt non pauci Lindæ peregrini, præsertim è Meelfaccensi villâ Peterswald, sed partim ob redemptantiam, aut reditum maturantium præcipitiam, partim ob alia intercurrentia iis, qui consignare gesta debebant, negotia, nullum instituræ

Zz 4